

eisdemque a tempore, cuius contrarium non existeret, ad instar predialium et Nobilium verorum et naturalium serviencium regalium, vltra Drauam constitutorum, et iuxta eorundem libertates vsi fuissent et gauisi fruique deberent de iure et gaudere; nichilominus tamen Martinus dictus ders de Zeredahel, litteralia eorum munimenta, que apud se habuisset, manibus suis vendicando, et premissis eorum libertatibus fraudulenter obuiare machinando, tam ipse Martinus oers, quam deum nobilis domina consors, nec non filij et adherentes ipsius Martini ders, ipsos nobiles Castri predicti diuersis pecuniarum et alijs taxis, nec non dacijs, exactionibus, et seruicijs, sepe replicatis uicibus, eis et eorum singulis impositis, et ab eis exactis et extorsis, certis eciam possessionibus, et porcionibus possessionarijs nonnullorum ex eis pro se ipsis occupatis, et illic suos rusticos locatis, ipsis, vt eos premissis eorum libertatibus ac possessionibus et porcionibus possessionarijs priuari, ac in rusticos conuertere possent, contra premissas eorum libertates et graciosam indulta multipliciter impediuisent, turbassent, et agrauassent, querimoniam porrexissent. In contrarium vero Briccius filius Andree de Saarkecz, familiaris prefate domine et filiorum suorum, ad eiusdem domini nostri regis presentiam accedens, nominibus et in personis ipsorum filiorum et relicte Martini Bani, ipsos prediales prefato Martino et eius filijs datos, iuxta suam regiam donacionem eis factam, conseruasse, ex eoque ipsos in premissis innocentes existere patefecisset. Et huiusmodi querelis ambarum parcium perceptis, idem dominus noster rex nobis inter eosdem prediales prefatamque dominam et filios eius omnibus Juribus et litteralibus ipsorum Instrumentis, factum premissum tangentibus, examinatis, proposicionibusque, ac alijs legitimis documentis intellectis, verum et iustum Iudicium facere demandasset, huiusmodique Iudicij et iusticie impensio ad presentes octauas diei Medixline (sic) fuisset deducta. Nempe eisdem octauis instantibus prescripti Elias filius Mykech de velike Melyke, comes terrestris, Item Benedictus filius alterius Mykech de Rempoch, Briccius filius Martini de Kletynch et Lachk filius Stephani de Iwanoch, prediales dicti castri Reyche, pro se personaliter, pro Stephano vero et Simone filijs Mattius, Vrbano et Thoma filijs Georgij, Nicolao filio Dermthych, Georgio filio Johannis, Lachko filio Stephani, Petro filio eiusdem Lachk, Thoma filio Dyonisij de Petrosinch, nec non Petro et Clemente filijs Gordose, Andrea sartore filio petri, Anthonio filio Myke, Nicolao filio eiusdem, petro, dicto Zerdilonich; Matheo, Francisco et Nicolao filijs Michaelis, Johanne filio Iwan, Adriano filio Fabiani, Nobili domina relicta Thome, Nicolao dicto Twrina, et Matheo filio Petri de Zobchynch, Ladislao filio Mychaelis, et Valentino filio Nicolai de Fodrostina, Demetrio et Gregorio filijs Bank, Andrea filio Laurencij Leukes, Blasio et Elia filijs Andree, Kemyn filio Fabiani, Matheo filio Clementis, Jacobo et Johanne filijs Laurencij, ac Georgio filio Nicolai de Dragchewch, Nicolao filio Nicolai, Briccio et Stephano filijs Martini de Kletynch, Martino filio Blasij, Anthonio filio Petri, Stephano & Johanne filijs Johannis, Thoma filio Petri, Wallentino filio alterius Petri, Petro filio Iwan, Thoma filio Blasij, Blasio filio Fabiani, Matheo filio Iwan, et nobili domina relicta Petri de Iwan-kouch, discreto viro domino Stephano plebano sancte crucis de Welike predicta, Symone filio Emerici, Nicolao filio eiusdem Emerici, dominico filio Laurencij, Martino filio Thome, nobili domina relicta Clementis, et Clemente dicto Dragayech de Mykostina, Anthonio filio Dyonisij, Petro filio Iwnusonych, Johanne & Valentino filijs Iwan de Somrakouch, Marco filio Dragynych, Georgio filio eiusdem, Matheo